Fragmentarium

portarum et extra clausa fuerunt ob
alienigenas. Et aseneth exivit
ex prothiro in obviam ioseph
viditque illam ioseph et admira
tus est super pulchritudinem eius
quia erat immutata ex collocutione
ad angelum et gaudium. Et dixit ioseph
Quis es amica mea? Dixitque ego
sum ancilla tua aseneth et idola
cuncta abieci a me et perdita sunt
Et angelus domini venit ut homo
ad me de celo hodie et tribuit
me cibo celesti et alienata sum. Dixit
que mihi Dedi te hodie sponsam ioseph
et ipse erit tibi sponsus in secula seculorum
Et dixit Non vocabitur ad hoc
nomen tuum aseneth sed erit nomen
tuum civitas refugii et dominus deus
rex tuus in te quia propter te confu
gient gentes multe ad dominum deum
altissimum. Et dixit mihi Perga
ad ioseph et loquar in auribus
eius de te verba mea. Et nunc cognoscis
domine mi si venit angelus domini ad te
et locutus est tibi de me. Dixitque
ioseph aseneth Benedicta tu a
deo altissimo et benedictum no
men tuum in generationes generatio
num quia dominus deus celi dilexit te
et misit angelum suum ad me et
dixit michi de te sermones hos. Et
nunc accede propinqua mihi virgo Et
quare tu stas procul a me. Et
levavit manum suam ioseph et
complexus est aseneth et osculati
sunt se invicem. Dixitque aseneth ad

ioseph Accede domine mi intra
in domum meam. Tenuitque manum
eius dexteram et introduxit illum
in domum ubi non erat pater eius
et intulit aquam ut lavaret pedes
eius. Et dixit ioseph Est ne hic
aliqua virginum et lavabit meos
pedes. Dixit autem ei Non domine
mi. Verum ego lavabo eos quia
tu meus es dominus amodo et ego ancilla
tua. Et quare tu ista dicis aliena
scilicet ancillam lavare pedes tuos
Pedes tui pedes mei sunt et manus
tue manus mee et anima tua anima
mea. Et coegit illum et lavit ei
pedes et vidit ioseph manus
eius quia non erat macula in eis et
tenuit manum eius dexteram et
deosculatus est eam et consedere
eam fecit in dextera sua. Et vene
runt pater et mater eius omnesque
cognatio eius de agro hereditatis
eorum et viderunt aseneth et steterunt
quia erat pulchritudo eius mira
bilis et gloriosa. viderunt eam colla
tam ioseph sedentem indutam stola
imperiali et admirati sunt et
manducaverunt et biberunt
Dixitque putiphar ad ioseph
Cras ego convocabo omnes ma
gistratus pharaonis et satra
pas omnis terre egypti et faciamque
vobis nuptias accipiesque filiam
meam aseneth in uxorem. Respon
ditque ioseph Ego procedam
cras ad pharaonem regem
egypti quia ipse est pater meus
et ipse statuit me principem

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 431, 21, fol. [3]v – <i>Joseph et Aseneth</i>; Petrus Alphonsi, <i>Disciplina clericalis</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-3les/7158/58115)